

## Klassieke Olympiaden – Latijn jongeren donderdag 12 november 2015



### Inleiding

Quintilianus was een Romeins retoricus wiens *De Institutione Oratoria* nog steeds geldt als een standaardwerk op het gebied van de retorica (kunst der welsprekendheid) en de pedagogiek. In de onderstaande passage adviseert hij toekomstige docenten hoe zij met hun leerlingen om moeten gaan.

### Opdracht

Vertaal de onderstaande regels in correct Nederlands. Laat na elke beschreven regel een regel open.

### Tekst

Sumat igitur ante omnia parentis erga discipulos suos animum, ac succedere se in eorum locum, a quibus sibi liberi tradantur, existimet. Ipse nec habeat vitia nec ferat. Non austeritas eius tristis, non dissoluta sit comitas, ne inde odium, hinc contemptus oriatur. Plurimus ei de honesto ac bono sermo sit: nam quo saepius  
5 monuerit, hoc rarius castigabit; minime iracundus, nec tamen eorum quae emendanda erunt dissimulator, simplex in docendo, patiens laboris, assiduus potius quam immodicus. Interrogantibus libenter respondeat, non interrogantes percontetur ultro. In laudandis discipulorum dictionibus nec malignus nec effusus, quia res altera taedium laboris, altera securitatem parit. In emendando quae  
10 corrigenda erunt non acerbus minimeque contumeliosus; nam id quidem multos a proposito studendi fugat, quod quidam sic obiurgant quasi oderint. Ipse aliquid, immo multa cotidie dicat quae secum auditores referant. Licet enim satis exemplorum ad imitandum ex lectione suppeditet, tamen viva illa, ut dicitur, vox alit plenius praecipueque praeceptoris quem discipuli, si modo recte sunt instituti, et  
15 amant et verentur. Vix autem dici potest quanto libentius imitemur eos quibus favemus.

## Aantekeningen

1	sumo animum + <i>gen.</i>	zich gedragen als
1-2	succedo in locum + <i>gen.</i>	de plaats innemen van
3	fero	<i>hier:</i> verdragen
	dissolutus	te vrij
	inde ... hinc	uit het een ... uit het ander
4-5	quo ... hoc	hoe ... des te
5	iracundus	<i>vul aan:</i> sit
6	dissimulator (sum) + <i>gen.</i>	wegkijken bij
	assiduus	standvastig
7	immodicus	fanatiek
	interrogantibus	<i>vul aan:</i> discipulis
8	dictio, dictionis	uitspraak
	effusus	overdreven
11	studeo	zijn best doen
	quidam	<i>nl. leraren</i>
12	refero	mee naar huis nemen
	licet + <i>con.</i>	hoewel
13	viva illa	<i>vertalen bij vox in regel 13</i>
14	praeceptoris	<i>vul aan:</i> vox
	modo	<i>hier:</i> tenminste